



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 54. Zenonis Henoticum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.  
A.C. 482.

*Simpl. ep.*  
17.

tur. Simplicius Papa, accepta Joanni Synodali epistola, jam ejus ordinationem confirmaturus erat, sed redditis sibi Imperatoris litteris rem distulit, responditque, se super hac ordinatione jam in neutram partem pronunciare posse, at vero, ut Petrus restitueretur, nullatenus consentire. *Hic vir, inquit, Hæreticorum socius, imo & Dux fuit. Quoties rogavi, ut Alexandria expelleretur? quod modo promittat, se veram Fidem professurum, clementissime habebitur, si ad Ecclesie Communionem admittatur, verumtamen ad Dignitatem Sacerdotii minime elevandus, ne fictæ abjuratæ specie plenam Hæresin docendi libertatem nanciscatur. Id vero multo magis timendum, quod in Pastorem exoptari dicatur ab illis ipsis, in quorum societate se olim ab Ecclesie sinu separavit.* Papa in eundem sensum Acacio 15. Junii anno 482. scripsit.

§. LIV.

*Zenonis Henoticum.*

Zeno Imperator, Pontificis detrectatione irritatus, datis ad Pergamium Ducem Ægypti, & Apollonium Præfectum litteris, jussit, ut Joanne Alexandria expulso, Petrum in Sedem Patriarchalem immitterent; Tum Acacius, juncta cum illis opera, qui Petri Partes tuebantur, Imperatori persuasit, ut celebratum illud Edictum

*Gesta de  
Nom. Aca.  
Liber.*

Edictum Concordiæ, Græce *Henoticon*, Sæculum V.  
A. C. 482.  
ederet, cui Petrus, dum Sedis Alexandri-  
næ possessionem repeteret, subscriberet.

Illud ad omnes Episcopos, & Populos Evagr. III.  
c. 14. Niceph.  
XVI.  
Liber. c. 18.  
Alexandriæ, Ægypti, Libyæ, & Penta-  
poleos dirigitur. Summa vero hæc est.

*Abbates, alique Viri Venerabiles nobis Libellos supplices tradiderunt, quibus rogant, ut Ecclesiarum Concordia reducatur, & funesti dissensionum effectus tollantur; multi enim Baptismo, aut Sancta Communione privati sunt, innumerae caedes commissæ. Quam ob rem notum vobis facimus, nos Nullam aliam Fidem recipere, quam Symbolum 318. Patrum Nicenorum, consensu 150. Patrum Constantinopolitanorum confirmatum, quod etiam amplexi sunt Patres Ephesini, qui Nestorium, & Eutychem damnarunt. Recipimus etiam duodecim Capitula Cyrilli, felicitis memoriæ, & confitemur, Dominum nostrum Jesum Christum Deum, Filium unicum de Deo, qui vere incarnatus est, Consubstantialem Patri secundum Divinitatem, & Consubstantialem nobis secundum Humanitatem, eundem, qui descendit, & incarnatus est de Spiritu Sancto, & de Virgine Maria Matre Dei, unicum esse Filium, & non duos. Dicimus, eundem Filium Dei esse, qui patravit miracula, & qui libere in Carne sua passus est. Eos, qui Naturas dividunt, vel confun-*  
*aunt,*

Sæculum V. dunt, aut solummodo Incarnationis ali-  
 A. C. 482. quam speciem admittunt, nullatenus reci-  
 pimus; sed anathematizamus quemcum-  
 que, qui aliud credit, aut olim in Conci-  
 lio Calcedonensi, vel in quocunque alio  
 Concilio credidit; inprimis vero Nesto-  
 rium, Eutychen, & eorum Sectatores.  
 Ergo unimini Ecclesie Matri nostræ Spi-  
 rituali, cum in eadem Fide nobiscum sitis.  
 Hoc est Zenonis Henoticum, in eo ve-  
 nenosum, quod Concilium Calcedonen-  
 se sicut tria alia non recipiat, sed potius  
 eidem errores adscribere videatur.

## §. LV.

*Petri Mongi inconstantia.*

Hoc Edictum cum Epistolis Imperato-  
 ris, ad Præfectum, & Ducem datis,  
 Abbas Ammon, & Petri Mongi Apocri-  
 fiarii, qui ipsum comitabantur, detule-  
 runt. Antequam iter ingrederentur,  
 Acacius cum ipsis communicavit, & cum  
 aliis Ægyptiis, tunc Constantinopoli mor-  
 rantibus, qui, etsi illo usque fuissent Hæ-  
 retici, Henoticum receperunt. Licen-  
 tiam quoque fecit, ut in Diptychis No-  
 men Petri legeretur, tanquam Patriar-  
 chæ Alexandrini, sine ulla alia cautione,  
 quam nudo ad Ecclesiam redeundi pro-  
 misso. Pergamius nuper Dux Ægypti  
 creatus, ubi cum Legatis, epistolas Im-  
 perato-

Liber. c. 17.